



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XIX. Pr[a]eceptum de clericatu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XIX. PRÆCEPTVM DE  
*clericatu.*

**S**I eis qui se ad onus clericatus transferre deliberant, licentiam non negamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus, quia scriptum est, *Noli prohibere benefacere ei qui potest, si vales & ipse benefac.* Ille ad nostram veniens præsentiam, petiit serenitati nostræ, ut ei licentiam tribuere deberemus, qualiter comam capitis sui ad onus clericatus deponere deberet, & ad basilicam illam aut monasterium deseruire deberet. Quod nos propter nomen Domini hoc eidem gratante animo præstitisse cognoscite. Præcipientes ergo iubemus, ut si memoratus ille de capite suo benè ingenuus esse videtur, & in pulerico publico censitus non est, licetiam habeat comam capitis sui

D

50 MARCVLFI MONACHI  
tonfurare, & ad supra scriptam basi-  
licam, vel monasterium deferuire,  
vel pro nobis Domini misericor-  
diam adtentius exorare.

XX. DE DIVISIONE, VBI  
*Regis accesserit missus.*

**D**VM & diuisio, vel exequatio,  
inter illum & illum, seu con-  
fortes eorum, de alode lui, aut de  
agro illo celebrari debet; & quate-  
nus petitio illorum adfuit, vt missus  
de palatio nostro ad hoc inter eos  
diuidendum, vel exequandum ac-  
cedere deberet. Ideo cognoscite,  
quod nos missum nostrum in iustre  
viru illum ad hoc inter eos exequa-  
dum visi fuimus direxisse. Propter-  
ea per presens decernimus prece-  
ptum, vt ipsum in hoc vos recipere  
faciatis, & vnicuique ex ipsis iuste  
debita portio terminetur, & deci-  
ma illius sumptus litis, quod exinde